



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Examen Theologiæ Moralis**

**Moure, Antonio Fernandes de**

**Coloniæ Agrippinæ**

Illvstris. Ac Reverendis. D. D. Alexio De Meneses Indiarvm Qvondam  
Primati, & Pro Rege Gubernatori, nunc Hispaniarum Primati, & Bracharæ  
Augustæ Domino.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40934**

ILLVSTRIS AC REVERENDIS. D.D. ALEXIO DE MENESSES

INDIARVM QVONDAM PRIMATI, &  
Pro Rege Gubernatori, nunc Hispaniarum  
Primati, & Bracharæ Augustæ  
Domino.

ANTONIVS FERNANDEZ de MOYRE  
eternam optat fœlicitatem.

**D**ictorum studium est cum primum im-  
ages proforibus appendunt, eas in bono  
luminine collocare, ut ita argutiæ vultus,  
elegantia capilli, oris venustas, supercili-  
orum maiestas, oculorum nitor, colorum  
suauitas perspicue appareant, & iure merito, nam de-  
fectu luminis litura potius, quam pictura conspicitur.  
Eadem mihi cura fuit, Praesul amplissime, hanc meam  
nauigantis animæ topographiam præ omnium oculis col-  
locaturo, nimirum bonum lumen querere: te facem vi-  
di ex remotissimis Indorum regionibus fulgentissimam  
lucem longe, lateque diffundere. Nec mirum, è viuis  
plenisque fontibus haufisti. Mitta Ordonhios, Sanxios,  
Dionysios, Fernandos, Henricos, & alios plures Legio-  
nis, Iberia, atque Lusitania Reges, è quibus ducis origi-  
nem genuina progenies, venio ad caput propinquius  
Dominum D. Alexium de Meneses parètem tuum, qui  
suis præclarè gestis tripartitum orbem collustrauit.  
Quis enim numerando, poterit recensere bella, quæ pe-  
ne puer gesit in Libia sub duce, cognomento magno,  
Domino Ioanne de Meneses auunculo suo, germano  
fratre comitis de Cantanhede Domini Petri parentis  
sui, ubi teneros pueritiae annos militari duritie firmans  
ad robur, quo multis ( omnibus dixerim, ni verbo esset  
inuidia ) ducibus anteiuuit, multa gesit, confirmata e-  
tate

P R A E F A T I O .

atate digna, regnante inuicto Emanuele, vt videre li-  
cet apud eiusdem chronicā Regis. Inde rediens in Lu-  
sitaniam p̄fectus classis nauigauit in Indiam, ibique  
adolescentiam litans militiae, Tocolaum ( Nostrates  
Malacam dicunt ) missus gubernator Proregis titula, &  
potentia, tot inimicorum naues cœpit, tot fluctibus sub-  
mersit, vt nullæ penitus immensa illa maria deinceps  
multos annos nauigauerint. Enim vero ea tanti ducis  
formidine percussi hostes iacebant humi, vt nec ani-  
mum erigere, nondum vires resumere amplius aude-  
rent, sicuti legere est in Indicis titulis, & catalogis. Bis  
in Proregum abscessū Indicarum rerum curam susti-  
nuit, semel absente Lupo Suario ( qui Alfonso Albu-  
querio succedit ) dum Malabaricum fretum classe  
iustrauit, iterum Dominico Lopesio de Sequeira. Sa-  
pius Cotriaram missus ( Nostrates appellant Cocinium )  
naues in regnum nauigaturas strenue fabricauit, ar-  
mamentis, ministrisque instruxit, nauigationi para-  
uit, armato milite muniuit, cibarii refecit, opibus far-  
sit. Exhaustis adolescentiæ viribus Asiaticis præliis pa-  
triā repetit victorū clarus, opinis hostium spolijs o-  
nustus, atque secundo vento nauim sibi traditam ad  
portum patrium feliciter perduxit. Nondum nauis  
fitum, & pædorem nauigationis exterserat, quando in  
Africam mittitur, clarissimorum regni Ducum p̄fido  
tunc munitam, vt munitiones illas inniseret, renoua-  
ret, reficeret. Rebus Africæ ap̄è compositis ad Carolum  
Imperatorem V. legatus mittitur, multisque annis,  
quibus legatione functus est, in expeditionibus omni-  
bus, ac prælijs plurimis Carolo hæsit, gladio districto.  
Quis præterea numerando recensere poterit amplissi-  
mos honores, ad quos Lusitanæ, Hispaniæque Regum

PRAEFATIO.

munificentia diuinitus est euectus. In primis Maria  
Principis filia Iacannis Regis Tertij domus curam suscep-  
pit, quamiam coniugem Philippi Hispan. & Regis in  
Hispaniam proficiscentem comitatus, apud eandem  
Reginam idem, quod in Lusitania munus obiuit, cum  
tamen eodem tempore clarissimus Alba Dux Principis  
esset &conomus. Eo tamen amoris nodo Reges deuinxit  
in munere, eo apud omnes virtutum splendore coruscabat,  
vt nato Carolo Principe ex Maria, & rogante Phili-  
lippo patre Carolum imperatorem parentem, quem  
vellet Imperator eligi in patrinum Principis nepotia  
sui responderit, D. Alexium de Menezes &conomum Re-  
ginae, & ita iussus, & in cognationem regiam adscitus  
Carolum Principem à sacro fonte suscepit. Quam qui-  
dem cognationem tanti semper fecit Philippus, vt præ  
oculis haberet perpetuo, Te ipsum appello locupletissi-  
num testem, Praeful amplissime. Accessisti ad scorial-  
lum, cum adhuc monachus esses, allocuturus Regem,  
salutationem Rex anteuererit, misit D. Christophorum  
de Moura, qui te suo nomine salutaret, diceretque se  
gaudere te saluum, & incolumem peruenisse, tenerique  
desiderio te videndi filium compatrii sui, quæ verba te  
coram iterum Rex præ dulcedine repetit. Cum verò  
emortua Maria coniuge Philippus ad mitigandum do-  
lorem in solitudinem secederet, curam Principis Caro-  
li, totiusque domus administrationem Alexio reliquit,  
paruit ille, Principem aluit, & erudiuit, atque in co-  
mitius Pensiæ habitus regno tradidit, in Lusitaniamque  
redit. Eo tamen erga Paedagogum Carolus Princeps  
amore flagrabat, vt ad explendum desiderium, singulis  
annis ei per nuntios non sine opulentis donis salutem  
plurimam impertiuicerit, Sed vt ad rem ipsam & sco-  
pum

P R A E F A T I O .

pum huius scriptio[n]is veniam, Tibi ego tam illustribus  
orto natalibus, librum hunc dico, dedico, consecro. Mul-  
to quidem mihi, Præsul amplissime, sudore stetit, eam  
ex tot autoribus concinnare, noctes s[ecundu]m traduxi insomnes,  
annos integros libris incubui, ut mille casuum  
tricas, centum nodis intricatas, extricarem, atque dif-  
ficillimo quaestio[n]um labyrintho, cæcæ regens filo Dom-  
itorum vestigia, exitum inuenirem. Hoc unum preti-  
um, una haec merces à te in Dei opt. max. gloriam, eius-  
que Beatissima Genetricis laudem collustrari oculo-  
rum radys erunt illi sagittæ potentis acutæ in cor-  
da inimicorum, aeternum vale. Brachara Au-  
gustæ vndeclimo Kal. Decemb. Præsentæ-  
tioni B. Virginis Mariæ dr  
cato die.



\* 5

58